



246
QVÆSTIONVM
CONTROVERSARUM
EX MATERIA CON-
tractus Emphyteutici
desumptarum, 1613, 2.
DECADES QUINQUE.

Quas

D. F. C.

*In Inclÿta Argentoratensium Academia
exercitij gratiã*

Sub Præsidio

*Clarissimi Viri Dn. JOHANNIS
MICHAELIS BEUTHERI*

*J. U. D. & Professoris ordinarij, p. t. Acade-
miæ Decani spectabilis, &c.*

publicè examinandas proponit

ALEXANDER à RUEST.

Mense Junio.

ARGENTORATI,

Excudebat Antonius Bertramus, Acade-
miæ Typographus. ANNO

C13. DC. XIII.



NOBILITATE GENE-
RIS, VIRTUTE, ERUDITIONE,
prudentiâ, rerumq; usu atq; experien-
tiâ Amplissimis præstantissi-
misq; Viris,

DN. BALTHASARO à RUEST, Illustris: atq; Celsis-
simi Principis ac Domini, Domini GEORGII FRI-
DERICI Marchionis Badensis, &c. Præfecto in
Lahr &c. solertissimo.

DN. IOHANNI PHILIPPO BÖCKLIN, &c. Liberæ Ar-
gentoratenſium Reipub. PRÆTORI, Eiusdemq;
celeberrimæ Academiæ Cancellario dignissimo.

DN. IOHANNI SIMONI à BRUMBACH, eiusdem
Reipub. Quindecimviro probatissimo.

*D. D. D. Parenti, Cognatis atq; patronis suis
summâ semper reverentia colendis,*

*Hasce studiorum meorum primitias
In Gratitudinis debitæq; obser-
vantia signum*

I. O. C.

ALEXANDER à RUEST
Respondens.



ILLVSTRIVM CON-
TROVERSIARUM DE
Contractu Emphyteutico
DECADES V.

DECAS I.

I.



Trum nomen Emphyteuseos
designet jus ipsum predij, an ve-
ro contractum Emphyteuticu?

Prius rectius affirmo, contra Dd. Com. Julium Cla-
rum lib. 4. sent. S. Emphyteusis, q. 2. Ioan. Coras. ad rubr.
C. de Iur. Emphyt. n. 12. Casp. Caball. p. 1. Mille loq. c. 175. Andr. Alciat. 1.
parerg. 36.

II.

An fundus vectigalis ab Emphyteutico
differat? A.

Proprie enim antiquitus agri Civitatum, qui ita locabantur in per-
petuum, aut (ut Iulius Hyginus de limitib. agror. scribit) in cente-
nos annos, vectigales appellati sunt, l. cum sponsus 12. S. in Vectigalibus ff.
de Public. in rem action. quod scilicet certum vectigal pro ijs Reipub.
penderetur. l. 1. ff. si ager Vectigal. vel Emphyt. Et ij proprie differunt ab
Emphyteuticis, qui non sunt publici, ut Vectigales, sed privatorum.
Carol. Molinaus in Consuetud. Parisien. n. 25. & seqq. Ioan. Coras. ad rubr.
C. de Iur. Emphyt. n. 4. & ad l. Et qui, 16. ff. de servitut. n. 18. & 19. Diss.



72
Iacob. Cujac. in parat. ff. si ager Vectig. &c. Hugo Donel. 9. com. c. 13. Ioan.
Borcholt. in tract. de feud. c. 3. n. 26.

I I I.

Contractus Emphyteuticus est ne Iuris gentium? A.

Joan. Coras. ad d. rubr. C. de Iur. Emphyt. n. 8. & 1. Miscell. 21. & in tra-
ctatu de juris arte, part. 2. c. 9. in fin. Iacob. Cujac. in parat. C. de Iur. Emphyt.
Francis. Connanus 7. comm. 12. Ioach. Mynsing. ad §. Adeo, Inst. de Locat. Con-
duct. Franc. Hotom. ad d. §. adeo, & ad §. Ius autē gentium, Inst. de I. N. G. &
C. Steph. Forcat. Nemyom. Dial. 74. n. 2. P. Augustinus Morla in Emporio ju-
ris part. 1. tit. 10. de Locat. in pramissis n. 32. Everh. Bronchorst Cent. 1. assert.
79 Edit. Hanov. Quod autem Zenoniana lex propriam Contractus
Emphyteutici statuit naturam, fecit, non instituendo novum con-
ventionis genus, sed incertum & confusum ab illis distinguendo, qui-
bus cum omninō convenire videbatur. Sicuti & qui spicas excutit,
non, inquit Cajus in l. adeo §. Cum quis, 7. vers. Videntur, in fin. ff. de A. R. D.
novam spicam facit, sed eam quæ est, detegit. **Diss.** Accurs. & Bart.
ad l. 5. ff. de I. & I. Idem Accurs. ad l. legitima ff. de Pact. & §. Ius a. gentium,
I. de Iur. N. G. & C. & ibi Faber. Ioan. Platea, Claud. Cantuuncula, Henric.
Schilbock, Steph. Bodæus, Schneidevvein n. 1. Vult. n. 6. P. Heig. n. 9. Cyn. ad
l. 1. num. 12. C. de Iur. Emphyt. Borcholt. de feud. c. 3. n. 3. Guido de Suzaria
in tra. de Iur. Emph. n. 1. Vvesemb. in parat. ff. si ager Vect. & ad d. §. adeo,
Inst. de Locat. Conduct. H. Bocer. ad l. Contractus 23. c. 4. n. 9. ff. de R. I. El-
bertus Leoninus ad rubr. C. de Iur. Emph. n. 6. Ferdin. Vasquius de Success.
progress. in præfat. n. 136. Alvarus Valascus de Iur. Emph. q. 3. n. 1.

I V.

Estne Contractus nominatus?

A. §. Adeo, I. de Locat. & Conduct. & ibi Myns. n. 6. l. 1. C. de Iur. Emph.
ubi Angel. & Iason. Idem Iason & Bartol. in l. unica ff. de Conduct. ex leg.
Iul. Clarus §. Emphyteusis, q. 2. Alvarus Valas. in d. tr. q. 6. n. 5. Anton. de
Padilla ad l. Naturalis ff. de Præscrip. verb. n. 28. Elbert. Leonin. ad
rubr. C. de Iur. Emphyt. n. 6. **Diss.** Bald. in l. ult. C. quand. lic. ab Emt.
reced. & in rubr. C. de Rer. permut.

Anne

Annè Contractus bonæ fidei?

A. Perpetua enim quædam locatio ut plurimum censetur: d. §. adeo, ibi, Perpetuo quidem, ubi Heig. n. 20. Inst. de Locat. Cond. l. viam veritatis, C. de Locato. Myns. ad rubr. tit. Inst. de Locat. Cond. n. 1. Iacob. Cujac. in l. 1. de Locat. præd. Civil. vel fiscal. d. §. adeo, ubi VVesemb. n. 8 Fr. Connan. 7. Com. 12. Hug. Donell. ad §. actionum 28. n. 39. Inst. de Actionb. Diff. Bald. Iason in d. l. 1. n. 76. Cyn. d. nu. 12. C. de Iur. Emph. Salicet: ibid. in fin. Sichard. n. 6. & 46. Guid. de Suzaria de Iur. Emph. n. 3. Ioan. Ferrar. Montan. ad rubr. C. d. t. Gædd. de Contrah. Stipul. c. 8. concl. 2. n. 53. Valascus de Iur. Emph. q. 5. n. 7. & alij ab eo citati, Oldend. class. act. 5. de action. Emph. nu. 13.

V I.

Utrùm pupillus & minor viginti quinque annis, qui facultate alienandi & administrandi destituuntur, absque tutoris vel curatoris autoritate vel consensu, prædia sua alicui in Emphyteusin dare possint? N.

Per l. sed si pecunia, §. ne Ususfructus s. ff. de Reb. eor. qui sub tut. vel curat. l. non solum 4. l. etiam Vectigale 13. & t. t. C. de præd. & alijs reb. min. sine decr. non alien. Menoch. lib. 1. conf. 29. n. 17. Anton. Gomez. tom. 2. V. R. c. 14. n. 14. vers. Septimò extendo. Octavius Simoncellus in tr. de Decret. lib. 2. t. 6. Inspect. 3. n. 31. & seq.

V I I.

An pubes absque Curatoris consensu & magistratus decreto prædia sua in Emphyteusin dare possit?

N. d. l. non solum 4. d. l. Etiam 13. & t. t. C. de Præd. & alijs reb. minor: sine decr. non alien. l. si fundus 13. in pr. ff. de Reb. eor. qui sub tut. vel cura. l. si Curatorem 3. C. de in integ. rest.

A 3

Nùm

84

VIII

Nûm pupillus & minor 25. annis sine au-
thoritate tutoris vel consensu Curatoris &
Iudicis decreto prædium aliquod in Em-
phyteusin accipere queant? N.

*Arg. l. contra Iuris 28. ff. de Pact. & pr. Inst. de Author. tutor. Diff. Alvar. Valascus d. tr. q. 36. n. 4. & 5. Fr. de Chaldas Pereyra ad d. l. si Cura-
torem 3. C. de in integr. restitut min. in verb. Contractum fecisti. n. 3. Bocca,
in disp. de Emphyt. thes. 10.*

IX

Utrûm præter prædia rustica etiam urba-
na, puta ædes, in Emphyteusin deduci
queant?

*A. l. si finita 15. §. si de Veccigalib. 26. ff. de Damn. insect. Novel. 7. c. 3. §. Scire 2. Ibi, Prædia aut domos. Nov. 120. c. 1. in fin. Vult. ad d. §. adeo n. 2. &
in tract. feud. lib. 1. c. 12. n. 3. Sichar. ad rubr. C. de Iur. Emph. n. 21. & seq.
Valascus d. tr. q. 12. n. 1. & 3. Diff. Donel. 9. Comm. 13.*

X

An arbores absq; solo rectè in Emphyteu-
sin dari possint?

*N. Contra Iason. in d. l. 1. n. 103. C. de Iur. Emph. Arbores enim per se,
sine solo considerate, sunt soli superficies, arg. §. sed si gregis 38. I. de Rer. divis.
Aliud autem est jus Emphyteuticarium, aliud superficiarium præ-
dium.*

DECAS II.

I.

Nûm feudale prædium à vasallo absq; do-
mini consensu in Emphyteusin dari possit?

N. Mor.

N. Nov. 7. c. 1. §. Alienationis autem, l. fin. C. de reb. alien. non alien. Tit. 52 in
pr. vers. Hortatu itaq; & consilio, & Tit. 55. in pr. ver. habito ergo consilio, lib.
2. F. Frider. Schenck Baro in §. rursus n. 3. Quib. mod. feud. amit. tit. 5. lib. 1.
FF. gl. Jac. de Bellovis. Bald. Alavarot. Ioan. Raynald. & alij in c. imperialem
in pr. de prohib. feud. alien. per Frid. Curt. Iunior. in tr. feud. p. 4. n. 91.
Diff. Ioan. Faber ad d. §. adeò, Inst. Locati, n. 3.

I I.

Quid si sit improprium?

N. Contra Raynald. in d. c. imperialem, de prohib. feud. alien. per Frid.
secutus Curtium Iunior. d. p. 4. n. 91. Quamvis enim in uno feudum
proprium suam naturam deposuerit, in altero tamen eam retinet, &
44. lib. 2. FF.

I I I.

Utrum bona maioratus, perpetuò ad fa-
miliam pertinentia, à possessore in Emphy-
teusin concedi possint?

A. Si is qui bona maioratus possidet, ea quoad vixerit extraneo
concedat: aliàs enim contra præceptum ac voluntatem primi dispo-
nentis alijs de familia successoribus præjudicare non potest, arg. l.
eum qui, ubi Bart. ff. de Interd. & releg. l. unum ex familia 67. §. 1. ff. de Leg.
2. Philip. Decius Conf. 445. n. 23. Gozadin. conf. 75. Arius Pinel. in l. 1. part. 3.
n. 65. C. de Bon. matern. Ludov. Molina de Hispan. primog. lib. 1. c. 21.

I V.

Nùm bonorum maioratus in perpetuam
Emphyteusin facta concessio, pro eo saltem
tempore valeat, in quod fieri poterat, an ve-
rò in totum sit inutilis?

Æquiùs fortè videtur istam concessionem valere, quoad conce-
dens vixerit, ne utile per inutile vitietur, l. 1. §. sed si mihi 5. ff. de V. O.
l. sancimus 34. cir. pr. & l. seq. §. sin autem, C. de Donat. c. utile 37. de R. I. m.
6. Bald. in Auth. si quas ruinas. C. de SS. Eccles. Carol. Molin. in Consuet.
Paris. t. 1. §. 41. q. 10. n. 40. Covarr. 2. V. R. c. 16. n. 5.

Virum



V.

Utrûm prædij quasi traditio, aut certæ pecuniæ sive pretij præsens datio, ad contractus Emphyteutici substantiam necessario requiratur?

N. Bart. in l. si mihi & Titio, nu. 4. ff. de V. O. Bald. Cyn. Iason. Sichard. & alij ad d. l. 1. C. de Iur. Emph. Iul. Clarus d. §. Emphyteusis, q. 3. Valascus d. tr. q. 10. **Diss.** Angel. Aretin. in d. l. 1. C. de Iur. Emph. et Albericus de Rosate dicit hanc esse communem, quem refert Decius in c. presentia, n. 48. in fin. de Probat.

V I.

An scriptura ad substantiam huius Contractus præcisè necessaria sit?

N. Accurs. & Bart. in d. l. 1. C. de Iur. Emph. Speculator Tit. de Emph. n. 5. Anton. de Butrio, & Nicola. Siculus de Tudeschis. Abb. Panorm. in c. potuit 4. de Locat. Curt. Iun. & Andr. Alciat. in l. pactum quod 17. C. de Pact. Ludov. Pontanus, postea Romanus dictus, Cons. 103. n. 6. Carol. Molin. in Consuet. Paris. t. 2. in pr. n. 38. & seq. Guido de Suzaria in tr. de Iur. Emph. n. 4. Francis. Sarmient. lib. 3. select. Interp. c. 2. n. 5. Conan. 7. Com. 12. Steph. Foreat. Necyom. Dial. 19. n. 9. Laurent. Kirchov. comm. opin. cent. 2. concl. 6. Conrad. Rittershus. lib. 1. partit. feud. c. 2. q. 2. **Diss.** Accurs. sibi ipsi contrarius in d. §. aded, Inst. de Locat. Conduct. in verb. Neq. ad Locationem. Angel. Aretin. n. 8. Schneid. n. 7. Mynsing. n. 23. Heig. n. 24. Bald. Salicet. Iason. Corrasius n. 8. & 12. Elbert. Leonin. n. 3. & Sichard. n. 32. ad d. l. 1. C. de Iur. Emph. Iul. Clar. d. §. Emphyteusis, q. 4. Donel. 9. Comm. 13. Borch. de feud. c. 3. n. 7. & sexcenti alij.

V I I.

Utrûm locatio ad longum tempus, sive ultra decennium facta, in Emphyteusin degeneret?

N. Cum

250.

N. Cùm ex hujusmodi locatione decennali aut longiore utile do-
minium vel quasi non transferatur: *Vvesem. in parat. ff. Locat. Cond.*
n. 8. Connan. 7. Com. 12. n. 2. cum seq. Arius Pinel. ad l. 1. part. 3. n. 66. C. de
bon. matern. Ferd. Vasq. de Success. Creat. lib. 1. §. 10. n. 78. Fr. Sarmient. lib.
3. Select. Interp. c. 2. n. 31. Jac. Gourreius ad l. 2. C. de Rescind. Vend. p. 120.
Bronch. cent. 2. as. 67. Diff. Joan. Per. de Ferrar. in t. form. libell. ad
fict. præstat. gl. 1. in pr. Socin. cons. 167. col. 2. lib. 2. & Cons. 156. n. 6. lib. 1.
Raphaël Fulgos. con. 240. Iason ad l. 2. n. 8. C. de Iur. Emph. Boerius Decis.
234. Felin. Sand. Cons. 16. n. 4. & 9. Fr. Marcus Decis. 555. Joan. Garcia de
expensis c. 14. n. 6. Alvar. Valaf. d. rr. q. 29. n. 19.

V I I I.

Cùm specialis forma Contractus Em-
phyteutici sit, si res Ecclesiæ, vel alterius ve-
nerabilis domus in Emphyteusin detur;
Nam præter scripturam publicam deside-
ratur, ut Prælatus Ecclesiæ, ex consensu ca-
pituli, deliberatione diligente prius cum eo
habita, & jurantibus coram Oeconomis &
administratoribus, quod ex ea Emphyteusi
nullum damnum ipsi venerabili domui in-
feratur, prædium aliquod in Emphyteusin
concedat, ipsum etiam capitulum instru-
mento Emphyteuticario subscribat: (1) Imò
etiam ipsi Canones Apostolicæ sedis licen-
tiam hinc exigunt, (2) Ideò dubium oritur. An
rei Ecclesiasticæ in Emphyteusin concessio,
sine debitis solennitatibus facta, jure sub-
sistat,

B

sistat,

fistat, si ea cum Ecclesiæ utilitate conjuncta sit: N. (3)

(1) Nov. 7. in pr. §. 1. ver. ult. & c. 3. §. scire autem, vers. Non enim in illis & Nov. 120. c. 5. & 6. §. Licentiam, & §. In venerabilibus, c. 1. vers. Quia etiam tractatus solennis & c. 2. in pr. Ibi, absq; capit. Tit. de Reb. Eccl. non alien. in 6. c. sine exceptione, Ibi, cum totius cleri. Item ibi, omnium convenientia 12. q. 2. c. 1. c. tua nuper, de his quæ sunt à prelat. junct. c. ad nostram, de Reb. Eccl. alien. vel. non. Didac. Covarruv. 2. V. R. c. 17. n. 2. Roland. à vall. conf. 15. n. 10. & con. 33. n. 12. vol. 1. VVesemb. Conf. 52. (2) d. c. 2. in pr. 1. de Reb. Eccl. non alien. in 6. (3) arg. l. obligari. 9. §. hereditatem adire ff. de Auct. & consen. tut. & curat. §. Neg; tamen hered. Inst. Eod. Deinde propter utilitatem Ecclesiæ debita solennitas in hac concessione desideratur. d. c. sine exceptione 12. q. 2. d. c. tua nuper. De his quæ sunt à prelat. d. Nov. 120. c. 5. & 6. §. Licentiam.

I X.

Quid si constitutio Emphyteuseos ob defectum consensus capituli irrita sit, anné rati habitione Pontificis vel capituli valida efficietur? A.

c. Cum nos. 3. de ijs quæ sunt à Prelatis. c. cura pastoralis, de Iure patronat.

X.

Nûm Pontifex aut capitulum ratam habere possit Emphyteuticam concessionem, etiam invito Emphyteuta, ita ut Emphyteuta nolens volens habere prædium Emphyteuticum cogatur?

N. arg. l. si absente 49. & l. cum fructuarius 64. D. de Usufructu. c. 1. de Vasallo qui contra Constitut. Lotharij t. 38. lib. 2. FF. Udalric. Zasius in Epit. feudal: part. 10. n. 58. Jac. Cujac. ad t. 14. lib. 2. Francisc. Duaren. de feud. c. 12. n. 18. VVesemb. de feud. c. 9. & 10. n. 3.

DECAS

I.

Si res Ecclesiæ solita sit dari in Emphyteu-
sin, etiam absq; singulari illa solennitate,
quæritur an Prælatus eam alicui in Emphy-
teusin concedere possit?

A. c. 2. *Ext. de feud. t. 6. in fin. pr. & t. 26. §. in clericorum, lib. 1. FF. & tit. 35. in fin. lib. 2. FF. c. ut super, de Reb. Eccles. alien. vel non.* Hac tamen adhibita limitatione, ut ejus conditionem non faciat deteriore, nec duriolem. c. 2. *Ibi, Conditionem, de Donat. Tit. de Investit. vet. & novi benefic. §. à Prælatis. Ibi, dum tamen dissipator, In Extraord. cc. Schrad. de feud. part. 4. c. 2. n. 20.* Hinc consequens est, si Emphyteusis prius sit data singu-
lari personæ, quod civitati aut collegio vel potentiori dari non possit. *t. 34. de Leg. Corradi. §. similiter, Ibi si secunda persona, lib. 2. FF. Curt. Jun. tr. feud. part. 2. q. 9. n. 1.* Item si solita sit dari usq; ad certam generatio-
nem, in perpetuum concedi non potest, *per d. t. 34. de Lege Corradi. §. similiter in pr. vers. Profecto ille, Ibi, non debet, lib. 2. FF. Curt. Jun. d. tr. feud. part. 2. q. 6. n. 1.*

II.

Sed quid si expediat Ecclesiæ, ut res Ec-
clesiastica in Emphyteusin dari solita, & jam
reversa ad Ecclesiam, potius retineatur, po-
teritne Prælatus in usum Ecclesiæ eam re-
servare, nec amplius in Emphyteusin con-
cedere?

A. c. 2. *Ibi, si videris expedire, extra de feud. Puta si res sterilis in Emphy-
teusin esset concessa, ut cultior redderetur, eaq; Emphyteusi finita, ad Ecclesiam
cultior sit reversa. Duar. de feud. c. 5. n. 5.* Aut si tempore prioris conces-
sionis Emphyteuticæ Ecclesia locuples fuerit, postea verò ad pauper-
tatem sit redacta. *Jacob. de Bellou. ad tit. 1. lib. 1. FF. Curt. Jun. d. tr. p. 2.*

B 2

q. 1. n.



10
q. 1. n. 12. & 13. l. ad d. tit. 1. n. 13. vers. Quarto fallit, lib. 1. FF. Udalr. Zasius in
Epit. feud. part. 5. n. 59.

I I I.

Cum Novella 120. c. 6. §. 1. Iustinianus re-
scribat, Rem Ecclesiasticam in perpetuam
Emphyteusin dari posse, dubitatur, An
etiam res Ecclesiastica jure Canonico se-
cundum debitas solennitates in perpe-
tuum concedi possit?

A. Cum enim eo jure intervenientibus debitis solennitatibus res
Ecclesiasticæ in totum alienari possint, *c. sine exceptione 12. q. 2. c. 1. & 2.*
de Reb. Eccles. non alien. in 6. c. 1. & c. tua, De his quæ sunt à Prælat. quid
vetat quo minus in perpetuam Emphyteusin dari possint? Didac. Covarr.
V. R. c. 17. n. 5. concl. 4. Borchol. in Com. de feud. c. 3. n. 17. Diss. Jul.
Clar. in d. §. Emphyteusis, q. 28. & Roland. à Vall. con. 96. n. 9. & seqq. in 1.
Volum.

I V.

An Prælati rem Emphyteuticam ad Ec-
clesiam reversam, etiam consanguineis suis
denuò in Emphyteusin tradere possit?

N. per Nov. 120. c. 5. §. Oeconomis, & hinc sumtam Auth. *Quibuscunq;*, C.
de SS. Eccles. Idem in fraudem Ecclesiæ fieri præsumitur, nisi lucu-
lenter constet, eam fuisse factam in Ecclesiæ utilitatem, & observa-
tas fuisse solennitates à lege requisitas: nam hoc casu omnem præ-
sumtionem & suspicionem fraudis cessare, atq; adeò alienationem
ipsam æquè valere, ac si cuivis extraneo esset facta, *multis probat Me-*
noch. lib. 3. præsumt. 54. n. 1. Cap. decenter, 6. dist. 89. Bart. Bald. & Alberic.
de Rosat. in d. Auth. Quibuscunq;, C. de SS. Eccl. Alciat. in tr. de Præsumt.
Regul. 1. præsumt. 29. Menoch. de Præsumt. lib. 3. Præf. 54. n. 4. & seq. Diss.
Nicol. Everh. à Middelburg. in Topicis Legal. in loco à Feudo ad Emphyt. n. 20.
& alij ab eo allegati.

Núm.

Nūm rei Ecclesiasticæ Emphyteusis Mæ-
vio ejusq; heredibus simpliciter concessa,
non tantum ad descendentes, sed & extra-
neos Mævij heredes devolvatur?

A. *Jul. Clar. d. S. Emphyteusis, q. 28. n. 6. ad fin. Didac. Covarru. 2. V. R. c. 17. n. 8. vers. Quarta Conclusio. Et hac opinio de Iure verissima. Constat enim quod quælibet Emphyteusis regulariter sua natura perpetua esse intelligatur, atq; ita ad quosvis heredes transitoria. l. 1. in pr. ubi Bald. & Angel. ff. si ager Vectig. id est, Emph. Ias. ad l. 2. n. 160. C. de Iur. Emph. Socin. Senior Con. 50. n. 15. lib. 4. Balb. de Prescript. in 1. part. tertiæ partis principalis, q. 10. n. 35. Alciat. in tr. de Presumpt. lib. 3. pres. 109. n. 7. & seqq. Cùm itaq; ab hac regula Emphyteusis Ecclesiastica non excepta inveniatur, meritò illi standum & adhærendum est, juxta gl. in l. Omnis definitio, 202. ff. de R. I. & ibi Hieronym. Cagnol. n. 57. Diss. Imola in l. ex factò, n. 14. in fin. ff. de hered. inst. & plurimi alij, quos refert Iul. Clarus d. q. 28. n. 6.*

V I.

Si res Emphyteutica fuerit ad Dominum
reversa morte Emphyteutæ & liberorum,
tenetúrne Dominus eam dare proximiori
agnato?

N. *Francis. Sarmient. lib. 3. Select. Interpp. c. 7. n. 3. Fachinaeus 1. controver. 100. Gail. 2. obs. 148. n. 2. Udal. Zasius Cons. 11. n. 8. Diss. Bart. in l. 1. S. permittitur. 41. ff. de Aqua quot. & ast. Iason in l. 2. n. 22. C. de Iur. Emph. Phil. Decius cons. 131. Ripa in l. 1. ff. de privil. credit. Myns. cent. 5. obs. 16. & cent. 6. obs. 79. Ioan. Eichard. in addit. ad Villalob. lit. V. n. 8. vers. Vasallo mortuo. Horat. Mandos. in addit. ad Roman. Cons. 22. & alij quos refert Ant. Gabrieli in comm. conclus. tit. de Iur. Emph. concl. 1.*

V I I.

Si Prælati, rem Ecclesiæ ad secundam

B 3

ulq;



usq; generationem in Emphyteusin dari solitam, sine consueta solennitate ad tertiam usque, aut quartam generationem denuò concedat, an ob benigniorem & largiorem illam concessionem, totum illud negotium est nullum & inutile, an verò potius subsistit, quatenus secundum consuetum modum contrahi potuit?

A. Bald. in Auth. si quas ruinas, n. 2. C. de SS. Eccl. Paul. Castr. & Philippus Decius in d. Auth. qui rem, C. eod. Alexand. con. 38. vers. Non obstat, & ver. seq. vol. 2. Curt. Iun. in tr. feud. part. 1. q. 6. n. 11. Andr. Tiraq. de Retract. Convent. ad fin. t. §. 36. gl. 2. n. 146. Iul. Clarus in d. §. Emphytensis, q. 6. n. 2. Gail. 2. obs. 4. n. 14. Carol. Molin. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 41. n. 43. & seqq. Diss. Bart. in Auth. qui rem, n. 7. C. de SS. Didac. Covarr. 2. V. R. c. 16. n. 5. vers. ut tandem liberè.

V I I I.

Nùm pensio Emphyteutica in sola numerata pecunia, an etiam in realia, puta vino, tritico, aut oleo consistat? A.

Omnibus enim notum est, pensionem istam non solum in pecunia numerata, sed etiam in fructibus solvi. Augustin. Beroius in c. potuit, 4. n. 84. de Locat. Claud. Cantiuncula in Paraph. Inst. de Locat. Cond. p. 837.

I X.

An canon ex placito partium uno nummo definiri possit? A.

Bald. ad rubr. C. de Iur. Emph. Ias. ad l. 1. n. 4. C. eod. Fr. Connan. 6. comm. 12. n. 6. vers. Similiter conductionis. Myns. resp. 66. n. 6. & resp. 78. n. 11. Alvar. Valascus de Iur. Emph. q. 1. n. 11. & q. 11. n. 19. Ibi, tu adverte, p. 136. Edit. Noviss.

Utrum

Utrûm Emphyteuta verè & naturaliter
prædium Emphyteuticum possideat?

Dominus Civiliter: Emphyteuta naturaliter possidet. *Bart. Alex. Iason & alij ad c. possideri 3. §. ex contrario, & in l. naturaliter 12. in pr. ff. de Acq. vel amit. poss. Iac. Menoch. de Retinend. poss. remed. 3. n. 82. & 85. & de Recuperand. poss. Remed. 1. n. 68. Raph. Fulgos. cons. 1. n. 3. Valasc. d. tr. q. 18. n. 1. & 6.*

D E C A S IV.

I.

An thesaurus in fundo Emphyteutico in-
ventus, ad Emphyteutam, an verò ad Do-
minum proprietatis pertineat?

Posterius assero; Dummodò inventori, sive is Emphyteuta sit, sive quis alius, pars dimidia relinquatur: *Speculator de Emphyteus. n. 158. vers. 132. Martin. Arplicueta Doctor Navarrus in Enchiridio Confessarior. & poënitentium c. 17. n. 173. p. 347. edit: Antverp. Valasc. d. tr. q. 15. n. 1. vers. sunt tamen. P. Gilcken in prælud. t. Inst. de Rer. divis. n. 57. & ad §. Thesauros n. 29. Inst. eod. Ioan. Garcias in tr. de Expens. c. 22. n. 52. Diff. gl., Angel. Aretin. Fab. Iason, Porcius, Schneid., Myns., Lud. Bebio ad d. §. Thesauros. gl. Bart. & Bald. ad l. unic. C. de Theaur. Alvarott. ad c. unic. Quæ sint Regal. n. 7. vers. Quæro. In usib. feud. Chassanæus in Cons. Burg. tit. de Iustit. §. 1. n. 12. VVesemb. de feud. c. 12 n. 6. Henri. Rosenth. de feud. c. 5. con. 93. Corras. ad l. 1. n. 17. C. de Iur. Emph. Bursat. Consil. 209. n. 5. lib. 2.*

II.

Si in Emphyteusin data prædia etiam syl-
vam contineant cæduam, ut quæ succisa
rursus ex stirpibus aut radicibus nascitur,
potestnè Emphyteuta, dummodò frugife-
ris,

ris, & grandibus arboribus parcat, & cæ-
dendo consuetum usum non excedat, ex ea
ligna excidere, etiam si non brevi, sed longo
temporis intervallo ipsa sylva succisa rena-
scatur?

A. *Joan. Gartias in tr. de Expens. & melior: c. n. n. 35. Alex. con. 118. n. 3.*
& 7. lib. 5. Paris. Con. 111. n. 32. lib. 1. Curt. Senior con. 70. n. 8. Diff.
Arius Pinel. ad l. 1. part. 2. C. de bon. matern. n. 59. cir: fin.

I I I.

An Emphyteuta nemus seu sylvam extir-
pare, eamq; in pratum, vineam, hortum,
agrum convertere, vel aliter rem Emphy-
teuticam in aliam formam redigere & trans-
mutare possit?

Distinguo, si ex hujusmodi mutatione sylva deterior fiat, mutatio
Emphyteutæ permixta non est. Si verò res Emphyteutica melior ac
fructuosior efficiatur, subdistinguo: Aut loquimur de areâ in Em-
phyteusi concessa, & tunc Emphyteuta in illa quodcumq; ædificium
extruere potest: Quamvis enim rei forma per istud ædificium mute-
tur, facillimè tamen eo sublato, area ad antiquam speciem, formamq;
pristinam reduci potest. Aut quæstio est de sylva cædua, vel non cæ-
dua, sive de vinea vel horto: & statuo Emphyteutam illa extirpare,
aut in aliam formam redigere non posse: licet ex tali mutatione res
utilior & fructuosior reddatur: nam res in aliam formam conversa,
ad primævum statum facilè reduci nequit. *Vid. Bald. in l. 1. n. 11. &*
Iason. n. 99. C. de iur. Emph. Capoll. de S. R. P. c. 22. n. 10. & Pinell. ad l. 1. C.
de Bon. matern. part. 2. n. 52.

I V.

Nùm heres Emphyteutæ, cui dominus
initio contractus Emphyteutici licentiam
alienandi

alienandi dedit, ex eâdem licentia antecessori data, Emphyteusin absq; denunciatio-
ne vendere possit? 254.

A. *Andr. de Isernia. Matth. de Afflict. & alij ad c. Imperialem, de Prohibita feud. alien. per Frid. t. 55. lib. 2. FF.*

V.

Utrûm Emphyteuta domino non consentiente jus suum Emphyteuticum donare queat? A.

Accurs. ad l. fin. in verb. alijs vendere, C. de Iur. Emph. & ibi Iason n. 54. & seqq. & Coras. n. 9. Iul. Clarus d. S. Emphyteusis, q. 15. Aurel. Corbulus de Iur. Emph. c. 14. Limit. 13. & infiniti alij. Diff. Fr. Sarmien. lib. 3. Select. Interp. c. 2. n. 3. & seqq. Andr. Fach. 3. cont. 97.

V I.

An Emphyteuta prædium absq; Domini consensu oppignorare possit? A.

Accurs. ad d. l. fin. in vers. alijs vendere, C. de Iur. Emph. Iason ibid. n. 78. Balicet. n. 6. Gratus conf. 54. n. 5. vol. 1. Nicol. Boërius decis. 181. n. 2. Emanuel Soarez. in thesaur. recept. opin. in vers. Emphyteuta, n. 105. Iul. Clar. d. S. Emphyteusis, q. 18. Aurel. Corbulus d. tra. de Iur. Emph. c. 14. limit. 33. Borch. de feud. t. 3. n. 42. cir. fin. Diff. Fr. Sarmient. d. lib. 3. Sel. Interp. c. 3. n. 23.

V I I.

Numquid Emphyteuta sine domini consensu rem Emphyteuticam titulo permutationis in alium transferre possit? A.

Iason in l. fin. n. 101. C. de Iur. Emph. Iul. Clarus d. S. Emphyteusis, q. 17. Tiber. Decian. resp. 55. n. 61. vol. 3. Aurel. Corbulus de Iur. Emph. c. 14. Limit. 12.

V I I I.

Nûm Emphyteuta absq; domini consensu præ-

C

su præ-

723 su prædium Emphyteuticum in dotem dare possit?

A. Salicet. n. 10. & Iason n. 107. in d. l. fin. C. de Iur. Emph. Speculat. tit. de Emph. q. 109. n. 133. Aurel. Corbulus de Iur. Emph. c. 14. limit. 20.

I X.

Utrum Emphyteuta possit sine domini consensu prædio Emphyteutico servitutum imponere?

A. Iason in d. l. fin. C. de Iur. Emph. n. 117. & seqq. Afflic. Decis. 380. n. 2. & seq. Nicol. Boer. Decis. 181. n. 1. & seqq. Aurel. Corbul. d. c. 14. limit. 29. Iul. Clarus d. S. Emphyteusis, q. 21. M. Anton. Natta conf. 516. n. 12. Roland. & Vall. conf. 59. n. 10. & 13. vol. 2.

X.

An Emphyteuta possit fundum Emphyteuticum æstimatum domino non consentiente, alicui in dotem dare? N.

Speculator in tr. de Emph. q. 110. n. 134. Imol. in d. c. potuit, n. 17. de Locat. Salicet. n. 10. & Iason n. 108. in d. l. fin. C. de Iur. Emph. Aurel. Corbul. d. c. 14. Ampliat. 32.

DECAS V.

I.

Nûm canon Emphyteutæ remitti debeat, si propter bellum, vimve hostium, & latronum incursum non potuit ingredi & excolere fundum Emphyteuticum?

A. Abbas Panorm. & Imola in d. c. potuit, de Locat. Alexand. in l. Interdum 21. §. 1. n. 7. ff. de Acquir. vel amit. poss. Iul. Clarus d. S. Emphyteusis, q. 8. n. 6. Aurel. Corbulus de Iur. Emph. q. 27. n. 13. Gall. 2. obs. 23. n. 23. & seq. Donel. q. comm. 14. Andr. Fach. lib. 1. cont. c. 90.

Quid

I I.

Quid si insignis sterilitas contingat, & Emphyteuta non modicam, sed magnam fructibusque respondentem pensionem exolvere teneatur, an ne ea pensio propter sterilitatem illius anni Emphyteutæ remittenda? N.

gl. in d. c. potuit, super verb. expelli, ad fin. in vers. sed propter sterilitatem, de Locat. & ibi Abb. Panor. n. 17. & Imola n. 41. Alberic. de Rosate n. 6. Salicet. n. 10. Ias. n. 18. Alvar. Valascus in d. tr. de lure Emph. q. 27. n. 7. & 12. in fin. Aurel. Corbul. d. tr. c. 15. ampl. 12. n. 3. & 5. & seqq. Iul. Clar. d. S. Emphyteusis, q. 8. n. 7. Gail. 2. obs. 23. n. 23. & seqq. Fachin. 1. Cont. 89. Borch. de feud. c. 3. n. 11. Diff. Rolan. à Val. conf. 96. n. 26. vol. 1. Catellian. Cotta in Memorab. in vers. Emphyteuta. Molin. in consue. Paris. t. 2. §. 62. n. 58. & 60 & infiniti alij.

I I I.

Quid si fundus Emphyteuticus aquis submersus vel inundatus fuerit, teneaturne Emphyteuta illius anni, quo duravit inundatio, canonem domino præstare? N.

arg. l. cum unus 12. §. ult. ff. de Reb. Auth. Iud. poss. l. 3. §. Labco 17. ff. de Acquir. vel amitt. poss. l. si in Venditione 10. ff. de Pericul. & commod. rei Vend.

I V.

Emphyteusis Titio & eius filijs data est, quæritur, an etiam filiabus concessa intelligatur?

A. Salicet. ad l. 2. q. 12. C. de Iur. Emph. Didac. Covarr. 2. V. R. c. 18. n. 1. Fach. 8. cont. 97. Diff. Iason ad l. 2. n. 193. C. de Iur. Emph. Guid. de Suzaria



33
Suzaria in l. Veteribus 39. ff. de Pactis. Roland. à Valle conf. 93. n. 17. lib. 2.
Aurel. Corbulus d. tr. c. 12. n. 3. & seqq.

V.

Sed quid si Emphyteusis mihi & filijs
meis sit concessa, an etiam nepotibus meis
tributa censebitur?

A. Contra Salicet. in l. 2. n. 9. & Ias. n. 191. C. de Iur. Emph.

V I.

Utrùm Emphyteuta qui longissimo tem-
pore, puta 30. vel 40. annis canonem sive
pensionem non solvit, nec à Domino ad
solvendum interpellatus fuit, liberationem
à pensione solvenda, non solum pro tem-
pore præterito, sed etiam futuro præscri-
psisse credatur?

Præteritas quidem pensiones præscripsit, sed non futuras. Accurs. ad l.
comperit 6. C. de præscript. 30. vel 40. ann. Ias. ad l. 2. n. 72. C. de Iur. Emph.
Guid. Papæ Decis. 406. Gail. 2. obs. 73. n. 1. Fach. 8. cont. 99. Myns. cent. 3. obs.
13. VVurmbs. præct. obs. tit. de præscript. c. 5. Thoming. Decis. 17. nu. 26.
Borcholt. de usur. c. 4. n. 34. & seqq. & in tr. de Pact. c. 2. n. 23. Diss.
Bart. ad d. l. comperit. 6. C. de Præscrip. 30. vel 40. ann. Corneus conf. 142.
n. 11. vers. Accedat, vol. 3. Aurel. Corbul. d. tr. c. 15. Limit. 31. n. 1.

V I I.

Nùm Dominus Emphyteutam non so-
luto intra triennium canone, propria au-
ctoritate expellere possit? N.

Hugo Donell. 9. comm. 15. Fachin. 1. contr. 95.

V I I I.

Utrùm Emphyteuta puribus heredibus
relictis

relictis, decedente, quorum unus suam ca-
nonis portionem solvit, altero in eius solu-
tione cessante, tota Emphyteusis, an verò
portio pensionem suam non solventis tan-
tum ad Dominum revertatur?

Posterius placet.

I X.

Si Emphyteuta in solutione canonis
cessaverit, & antequam dominus declara-
verit se velle eum jure suo cecidisse, fructus
perceperit, an ad restitutionem eorum te-
neatur? N.

Aurel. Corbulus de Iure Emph. c. 15. Ampl. 38. n. 2. Mens. cent. 6. obs. 83. n. 5. Fachin. 1. cont. 94. Diff. Speculator tit. de Emph. q. 10. n. 19. Bald. in l. si pater, §. in 3. notab. C. de Usufr. Iason in l. 2. n. 17. C. de Iur. Emph. Guiliel. Redoanus in tr. de Reb. Eccles. non alien. q. 19. c. 2. n. 12. Tiraq. ad l. si unquam, in vers. revertatur, n. 271. C. de Revocand. Donat.

X.

Quænam ex contractu Emphyteutico
nascitur actio?

Actio propria quæ Emphyteuticaria dicitur, pulchrè Oldendorp. de
action: Emphyteuticar. in class. action: contra quosdam, qui actionem
prescriptis verbis dari putant, ut Accurs. in l. 1. vers. custodiri, C. de Iur. Emph.
& ibi Petrus de Bella Pertica. Cyn. q. 5. & Albericus v. 8. & Ioan. Andr. ad Spe-
cul. t. de Emph. q. 171. n. 197. in fin. & contra nonnullos, qui condictio-
nem ex lege competere contendunt, ut Iason ad d. l. 1. nu. 68. C. de Iure
Emph. & ibi Sichard. in fin. Ferrar. Montan. de Iur. Emph. cir. pr. Vvesemb.
in parat. ff. si Ager Vectigalis, id est, Emph. pet. Iul. Clarus. d. S. Emphyteusis,
q. 47. Hug. Don. 9. com. 14. Alv. Valaf. de Iur. Emph. q. 6. n. 8.

F I N I S.



AD NOBILISSIMUM
DN. RESPONDENTEM.

ALEXANDER RUEST BRISGAVIUS.

Anagramma.

LEX URBI EVADES, ARTIS GNARUS.

*NON sui causa microcosmus aurâ
Haccè vitali fruitur, Jehovæ
Vivit, & post hæc patria, & parenti
Vivit utriq;*

*Dulce natali dare commoda ora,
Juris hinc urges geminum volumen:
ARTIS ut GNARUS laribus paternis
Utilis extes.*

*Moribus, vita, pietate & arte
LEX tua (tanquam moderamen) URBI
Candida EVADES, imitanda cunctis
Regula vitæ.*

*Hinc te aget pennâ metuente solvi
Fama post seros obitus superstes,
Posteris longa serie nepotes
Te celebrabunt.*

*Viset infidas tua fama Syrtes,
Viset argentes tua fama Colchos,
Te viri noscent sub utroq; mundi
Axe jacentes.*

Ioannes Manhart Lahrensis.

AD

257. 3.
A L I U D.
AD NOBILISSIMUM DN.
RESPONDENTEM.

Est ita: nil prodest decus ostentare parentum,
Nil etiam illorum tollere facta juvat.
Marte decus proprio, propriaq; acquiritur arte,
Est cui vis à se laus sua, nomen, honos.
Virtutes quis enim poterit donare? quis unquam
Heres testantis, fortia facta tulit?
Quis tenet ex pacto magnum & memorabile nomen?
Quis clara ex empto munera laudis habet?
Spernis, Alexander, nomen jactare parentum,
Et non alterius surgere laude cupis.
Hoc unum intendis, labor unus, & unica cura,
Ut propria arte tibi nominis extet honos.
Juris amas Latij penetralia discere, legum
Difficiles nexus te soluisse juvat.
Tempora conjungis studijs nocturna diurnis,
Non terrent opera, non retrahitq; labor.
Singula quis memoret? Doctorum astante caterva,
Juridicè vegeto differis ingenio.
Ex animo hinc grator votis ardentibus orans,
Ne studia aternus dejuvet ista DEUS.
Quo decorare forum possis, prodesse clienti,
Jurgia legitime composuisse, VALE.

I. M. E.

F I N I S.

3

Strapberg, Diss., 1693-22

ULB Halle


3

005 303 01X




1017





Farbkarte #13

B.I.G.



246

ONVM
 RSARUM
 A CON-
 yteutici
 um, 1613, 2
 UINQUE.

C.
 nsium Academia
 ratia
 idio

JOHAN-
 BEUTHERI
 linarij, p. t. Acade-
 bilis, &c.

das proponit
 à RUEST.
 nio.

RATI,
 ertramus, Acade-
 ANNO
 XIII.

